si formi con diligenza una Scrittura, nella quale si mostri, come questa non
è con mia licenza, mia concessione, et non si può, et non si deue fare, et
insieme che non è per portar utile, ma si deue grauissimo danno alla
Christianità. Et a li 5 Sett.mbre bacio humilm.te le mani
di Vienna a li 4 di Nouemb. 1568

Romana Cæs.rea M.tas vrs. Gratiosissimus D. Noster duobus statibus
Regionis, nempe Nobilibus, et Equitibus gratiosè significari voluit.

um sua Cæs.a M.tas gratiosè, et paternè, super quam plurimis in communibus
Regionis Comitijs, et extra, requisitionibus; quæ à maiori parte præfatorum
duorum statuum apud gdam suæ M.tis dilectum Dnum, et Patrem Imp.ris
Ferdinandum felicissimæ, piæq; memoriæ, ac subsequenter apud suam Cæs.ream
Ma.tem pro Concessione Confessionis Augustanæ max.a cum instantia, ac multis
effusis precibus factæ fuerunt; sæpius, et in dies, præcipue verò post adeptu
à sua Cæs.a M.te Imperiale, ac Prouinciale regimen, se erga ipsos suppli=
cantes status plurimum obtulerit: Vt vrs. primum à p.to Imp.re Ferdi=
nando captum, et laudabile opus Christianiss.æ Zelo, ac diligentia fide=
liter persequeretur ac in constantem uniuersalem Christianu ordinem redigeretur
quemadmodum sua M.tas religionis causa circa doctrinam enuntiationem, diuini
uerbi ac administrationem, et usum sanctissimi sacramenti, et aliter etiam in
reliquis ceremonijs, omnino generaliter, et uniuersaliter in omnibus suæ M.tis
Regnis, Principatibus, et Regionibus observari uellet quanto citius fieri pos=
set ad Christianam perfectionem redigere seriose decreuit, nec non eò rem
perducere, quod Religio in Christiana optima unanimiq; intelligentia statu=
eretur. Atq; propterea hoc ordine quisq; unà quietè, et pacifice uitam agere
posset; prout etiam temporibus fe: recordationis Imp.ris Ferdinandi median=
tibus multis, ac prospicuis præparationibus, celeberrimorum uirorum, tam
Ecclesiasticorum, quam Laycorum bonu principiu in ea re datum fuit, ac demu
à sua Cæs.a Ma.te in quantum fieri potuit, cuius continuatio seriò ordinata
est. Ideo sua Cæs.a M.tas etiam nunc eosdem præfatos duos status certiores fieri
uoluit, non aliter atq; ipsi paritmodo à sua M.te antea satis intellexerunt;